



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Opes

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Onus.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Onus oneris, Pondus, Sarcina, fœderes, fœderis, fœderis. Hebr. Massâ, verbo Massâ, leuauit, vt facere soletis qui rem ponderosam...

BIBLICI LOCI.

Onus Christi leue, ideo que ferendum, Matth. 11. Versi. 29. 30. onus quodque parabit, Rom. 14. 12. Gal. 6. 5. onus & infirmitas fra-

POETARVM DICTA.

Quid. Amor. 2.

Celamus, an subitum luctando accendimus ignem? Celamus: leue sit, quod bene fertur onus. Vidi equitatas mota face crescere flammam, Et vidi nullo concussente mori.

Tempus est, quod nequeas capiti committere pondus, Et pressum reflexo mox dare terga genu. Omnia non pariter verum sunt omnibus apta, Fama nec ex equo dicitur vlla iugo.

PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Onus in mouentem partem, id est, dextrum, sed in motum, ad dextrum, insilire debet, alioquin non mouebit, aut difficilis erit, Arif. de anim. in seculu. c. 4.

Opes.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Opes numero plurali dicuntur ea omnia, quibus freti possunt, aliquid, siue bona fama, existimatio, autoritas, diuitiæ, copulatio, & cetera huiusmodi. Antiquo nomine Ops veteres pro-

BIBLICI LOCI.

Opes Deo sunt, Gen. 11. v. 7. & 13. v. 14. 15. & 15. v. 18. & 26. v. 3. Job. 42. v. 12. Psal. 22. v. 2. Eccl. 5. v. 18. Opes nimie non appeten-

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Maxime opibus fruatur, qui opibus non indiget.

Opes bona infidiosa sunt, & sperantibus meliora, quam efficitur: si quid in illis esset solidi, aliquando & implerent. Seneca de Ira.

Quisquis opes sine ratione possidet, non diu possidet. idem epistol. 72.

Maiore tormento possidetur pecunia, quam acquiritur. Seneca epistol. 116.

Sapiens non amat opes, nec respicit possessas diuitias, sed contentum.

Sapiens tunc meditatatur paupertatem, cum in medijs diuitijs consistit. idem de vita beat. 4.

Id age, vt opes potius a te, quam a fortuna petas, idem de tranquillitate animi.

Satis opum est, nihil amplius velle. Quint. Dec. 13.

Magnæ opes possessori fastum conciliare solent, & supercilium. Erasmus epistol.

Opes iniuriarum suspitioni obnoxie. Sal. in com.

Nimie opes magnæ iacturæ locum faciunt.

Modestis hominibus plurimam faciendâ pecunia est. Cur. lib. 7.

Peciores sunt nuper ditati, quam ditati ab antiquo. Plato de Republica.

Opes seditionem efficiunt & malignitatem. Arist. Pol. 2.

Magnæ diuitiæ facile acquiruntur, paræ autem non sine labore, & multo tempore.

Homini stulto & nequam facultatum nullus est modus. Ad quid prodest multa possidere & nihil agere?

Rerum reru sunt opes. Ideo pallens est aurum, quia multos habet infidiatores. Nec equus sine freno, nec opes sine ratione retinari diu possunt.

Nec auratus lectus ægrotum deuat, nec bona fortuna stultum. Opes vitii magis, quam virtutis ministræ. Pecunia pariter inuenit amicos & honorem. Plutarch. de cupid. diuit.

Magnifici pauperes sunt, qui immensas opes cumulant. Diog. Malo moriens inimicus opes relinquere, quam viuens amicos frustra rogare. Simonid.

Opes honestis viris ac bonis bonæ sunt: improbis vero malæ. Plur. de Diu.

Timidæ sunt opes & amantes vitæ. Eurip. in Ph.

In omnibus opibus est opus, sine quibus nihil recte fieri potest. Nullus continuo iuste viuens, ditatus est.

Fortuna diuitem hodie, mendicum facit in crastinum. Argentum, hominibus sanguis & anima est. Ne puero gladium, ne puero diuitias: nec viro imperitiam. Cœcæ sunt opes, ac se impipientes obcecant.

Opes fortunæ vomitus sunt. Fœlix qui simul opes, ac mentem habet. Demost. in Olynth. Auri vis atque opes sunt principibus infensæ: id est, iniquitatis instrumenta. Tacit. Annal. lib. 1.

Neque in familia & argento, quæque ad vsum parantur, nimium est aliquid, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis. idem Annal. lib. 2.

Magnæ opes, non tam multa capiendæ, quam haud multa perdendo quæruntur. Dion. lib. 52.

APAGIA.

Argenti fontes. Aργηρος κρηνη λαδων. In eos, qui solide quidem atque indolite sed arroganter tamen & confidenter loquuntur, opibus suis freti. Quadrabit in eos etiam, quorum oratio propter opum fiduciam plus satis libera atq; audax videbitur.

Vnde quæque lucrum captant. In aduocatos, calumniatores, malos Medicos, qui captant vnde capiunt, lucrum, competet illud Homericum.

Αειρον παζι νικειν ἀδαιμονος ιζηδυνακων. Tequæ solis æquæque vitæ æque diuinitatis. Semper enim quæqua patet in iula, piscibus hamo insidiabatur: Ventre famem enecat arva.

Vide Diuitia, Pecunia. Item Auaritia, Liberalitas.

Opinio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Opinio, Græce δὲ κρισις, δὲ ἐκείνη, & δὲ ἐκείνη, opinor dicitur. Est autem opinio actus intellectus declinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius. secundum B. Thom. secunda secunda, quæst. 1. artic. 4. Differunt autem sic opinio, fides, scientia, dubium: & serupulus. Quia Opinio est assensus intellectus ad aliquid, non quia sufficienter moueatur ab obiecto proprio, sed per quandam rationabilem electionem voluntarie declinans in vnam

HHH 3 par-